

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Detractio q
cum fonte primo

Linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsi pereant,
ita per sui maliciam excitatas debemus equanimiter tollerare ut nobis meritum crescat.
Aliquando autem compescere ne dum de nobis mala disseminant
eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant.

Gregorius super Ezechielem omelia IX.

De qua re sciendum est quia

linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsi pereant,
ita per suam malitiam excitatas debemus aequanimiter tollerare, ut nobis meritum crescat;
aliquando autem etiam compescere, ne, dum de nobis mala disseminant,
eorum qui audire nos ad bona poterant corda innocentium corrumpant.

Gregorius Magnus, *Homelie in Hiezechielem prophetam*, 1.9.17
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.132, ll.331-337).